



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

III. Albert, Erzbischof zu Magdeburg, bestätigt der Stadt Burg das Kaufhaus
in Magdeburg, am 11. Dezember 1224.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

II. Graf Baderich von Dornburg bekundet, daß das Kloster Marienthal von Otto von Glinde das Dorf Tuple erworben habe, im Jahre 1220.

Univerſis Chriſti fidelibus Bedericus comes benevalere; ut poſtmodum modernorum alius memoriae imprimantur; tam praefentibus quam futuris praefenti pagina cum ſigilli noſtri confirmatione innotescimus, quod eccleſia vallis S. Mariae villam Tuple ab Ottone de Glinde et a ſuis legitimis heredibus precio XXX et centum marcarum et quatuor manſos ſitos in Meynz perpetuo poſſidendos XXX marcis comparavit, quae bona praedictus Otto cum uxore, ſua Rekeza et duobus filiis ſuis Theoderico et Radolfo coram nobis ſub teſtimonio ſcabinorum praefentibus nichilominus viris honeſtis, quorum nomina ſubſcribuntur, praedictae eccleſiae libere contradidit poſſidenda. Nomina teſtium ſunt haec: Scultetus Borchardus, Heydenricus Vronebode, Heynricus de Byeere cum filiis duobus, Bernhardus de Ekehardethorp, Albertus Beynz, Heydenricus de Wolve, Borchardus de Welsleve et Hartwicus frater eius, Helbordus de Korlinge, Philippus de Hornhufen, Theodericus de Korlinge et alii quam plures; et ut nos huic emptioni noſtram confirmationem adhiberemus, dederunt nobis XII marcas. Facta ſunt haec coram nobis in Mulinge, anno gratiae M. CCXX.

Lebebur Allgem. Archiv XVII, 86 u. 87.

III. Albert, Erzbischof zu Magdeburg, beſtätigt der Stadt Burg das Kaufhaus in Magdeburg, am 11 Dezember 1224.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Albertus, Dei gratia Sancte Magdeburgensis Eccleſiae Archiepiſcopus, Imperii Sancti Legatus, Comes Romaniole etc. Quotiens aliquid ſpecialiter juris gratie devotis ac fidelibus noſtris impertimur, ita eos teſtimoniis ſcripturarum noſtrarum munire conſuevimus, quod nullum occasione oblivionis aut tergiverſationis cuiquam incurere valeat ſui roboris detrimentum. Proinde notum eſſe cupimus, univerſis praefentem paginam inſpecturis, quod eo tempore, quo in partibus transmontanis in obſequio Imperii, legationis officio ſungebamur, domo quadam Magdeburgensi prope Cemiterium ſorensis Eccleſiae ſita, quae Kauff-Haus de Burch in vulgari dicitur, incendio concremata, fideles noſtri Procuratores negotiorum noſtrarum ſcilicet Wyllebrandt Prepoſitus Sancti Nicolai, Albertus de Arnſtede, Vicedominus noſter, Et Gerardus dapifer, ex parte noſtra civitati de Borch et omnibus Burgenſibus promiferunt, quod nos eis eandem domum cum omni libertate et jure, quod a tempore predeceſſorum noſtrarum bone memorie Wychmanni et Ludolphi Archiepiſcoporum habuerunt in domo praefata et Curia pertinente ad ipſam, jure hereditario concederemus et confirmaremus autenticis ſcriptis noſtris, ut domum illam idem Burgenſes propriis expenſis ac novis edificiis repararent et aptarent, ſicut ſuis commodis eam magis aptam crederent expedire. Nos igitur promiſſa fidelium noſtrarum firma ſervare volentes, domum praefatam cum Curia adjacente civitati noſtre de Burgk praedictae et ejus Burgenſibus Capitulo noſtri accedente conſenſu concedimus cum omni libertate et omni jure, quod, ſicut praedictum eſt, a tempore predeceſſorum noſtrarum uſque in praefens jure hereditario ob-

tinendum, ut eam suis commodis adaptent, prout sibi et heredibus suis viderint expedire: ita tamen quod de quolibet panno, qui in ipsa domo vendatur, dimidium denarium prius nobis et successoribus nostris perfolvant. Recognoscimus etiam ipsis, quod nullus in ea cum eisdem Burgenlibus iudicandi aliquam habeat potestatem, preter nuntium nostrum ad hoc specialiter deputatum. Super hiis presentem paginam conscribi fecimus, testium subscriptione et sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt: Dominus Ghernandus, Brandenburgensis Episcopus et Otto prepositus, Fridericus Decanus, Wernerus Prepositus de Hunoldesborg, Henricus prepositus de Mildense, Ludovicus de Lauenburg, Ludovicus de Grabow, Burchardus Burggrafius, Rudolfus de Gatersleue, Henricus de Loftow, Henricus et Hartmodus milites de Borch, Johannes de Jerichowe, Johannes et Geuerhardus fratres de plothe, Bertoldus, Hiddo, Ciriacus, Heidenricus, Beritramus, Bruno Scabini Magdeburgenses et alii quam plures.

Datum Magdeburgk, III^o. nonas Decembris, anno Dominicae Incarnationis M^o. CC^o. XXIII^o. Pontificatus vero nostri anno XVIII^o.

Nach dem Fragmente eines alten Copialbuches der Stadt Burg Nr. 157. und einer andern alten Copie.

IV. Der Erzbischof Burchard entscheidet die Uneinigkeit Heidenreichs des Jüngern von Burg mit der Stadt Burg über den Wald Sterth zu Gunsten der Stadt, am 1. Januar 1233.

Burchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Electus. Vniuersis in christo fidelibus presentem paginam inspecturis. Cum uniuersorum, que coram principe statuuntur, tam a posteris quam ab eis in quorum aguntur facie notitia sit habenda, tum ne questiones abolite reuiuiscant, tum ut principis constitutio debitam semper obtineat firmitatem, noscitur docuisse rationem, ut acta scripturis authenticis commendentur. Proinde notum esse uolumus uniuersis presentem paginam inspecturis, quod cum olim inter fidelem nostrum Heidenricum iuniorum de Borch ex una et ex altera parte inter Ciues nostros de Borch super quadam silua, que Sterth uulgariter appellatur questio uerteretur, Heidenrico proponente quod iure feudali deuoluta esset ad ipsum et respondentibus ciuibus memoratis, quod communis ipsorum eadem silua per centum annos et amplius extitisset, nos ipsorum propositionibus intellectis de consensu partium et fidelium ac prudentum nostrorum consilio, causam ipsam sopiendam ipsosque concordandos duximus in hunc modum. Statuimus itaque quod Heidenricus renuntiaret in nostris manibus omni iuri et actioni, quam habebat in ipsa silua et predicti Ciues ei traderent certam pecunie quantitatem et predictam siluam commodis suis et usibus in perpetuum applicarent. Renuntiauit igitur Heidenricus sicut premisimus actioni et iuri suo et Ciues prefatam sibi pecuniam promiserunt et statuto termino persoluerunt, nos quoque assignauimus ipsam siluam eis cum suis pertinentiis uniuersis sub anathematis interminatione districtius inhibentes, ne quisquam eos in eadem silua presumat indebite molestare. Testes huius rei sunt Ropertus prepositus de Hunoldesborch, Conradus capellanus noster, laici uero Rodolfus et Johannes fratres de Jericho, Rodolfus et Henricus fratres de Gatersleue, Gerardus wederde, Curie nostre Dapifer, Heidenricus senior de